Nº 16

VC: 222

3

Discursus brevissimus super Fructus Ventris Generosi de Carnestollendas.

Latino Macarronico.

Super Fructus Ventris Generosi de Carnestollendas (Carnestolici Academici) me discurrere precipitastis, discursu brevissimo. Discursu brevissimo? Motu ex hoc in hoc velocissimo? Imperium crudum in re lente, Lauteque recocta! Fortasse (Commilitones mei) discurram, Fortasse, de branca, in branca Hujus inversæ Arboris plantatæ secus Aquarum decursus Bachanalium sic altiote; Curram ne á Toto galope, non gustando La bocolica quid de Fructuositatis Ventris? Vade retro. Discurram Poypiano, piano, et tempore Meridiano sub umbra Ventris sedebo, Aprehendam Fructus eius, maturo maturios tentabo, sine Sophismis probabo, resolvendo quid, et quot.

Sed quia partus sequitur Ventrem, ut Lege

partum, Cap. de Vendic. §. non Vltimo, imprimatur, Ventrisque Conditionem secum trahit partus (test. siquidem assimilantur Illæ, Vt relantur Instituta Cap. Vnico de natis ex Libero Ventre: En prius Vobis propono ventrem Archimonstruosi bromij multifarijs incrassatum, dilatatum, Valde inflatum (jam quippe venerat tempus plenitudinum, prope partus talis Ventris) Vt inde fructus partus, sed non parcus manu Capiat quis, vel qui, quæ, quod, vel quid.

Ecce Venter. Venite. Quid Vobis Videtur de natura, figura, et Conditione ipsius? Quispiam prima fronte immaginabit eum in modum desmesurandæ Vinæ, aut Vastissimæ Cubæ cum relleno de musto. Alter valde presumptuosus Dialecticus in modis, et figuris Silogismorum valde versatus, Ventrem figurabit in Modo festino bis præ, secundæ figuræ, secundum formam fratrum Refectorij in suo prepotentissimo Gaudeamus. Similia somniantes erraverunt ab Vtero, erraverunt à Ventre; sed tota, et totalis natura, figura, et Conditio præsentis Ventris, quem Appetitu in-

quirimus est: Sicut acervus, seu aggregatum olivarum figura rotunda ad modum tintinientis Pandeiy, aut musi-cos sonantis Pandorgue. — Hæc est exacta descriptio talis Ventris. Sed contra hanc tam bonam definitionem, instat primo homo secundum se, qui nec net, nec flet, dicens: aggregatum, cum non sit ens per se, non est per se definibile; ergo. Heu, Heu, quid ad me dummodo sit Vere comestibile! Alter, ut Individuum Vaguum, scrupulizando, scruptulizat, percontando: transeat proporsio talis Ventris cum Pandeiro pleno, aut repleta Pandorga figuræ rotundæ; sed quæ conventio Ventris Carnivalensis, cum pandeiro, et Pandorga tintinienter sonantibus? O Stulte! — Profugus, et Vaguus erras circa prima principia. An ignoras, quod Ventrem plenum, et supraplenum commitantur Bacchanalia tripudia? Tandem Individuum determinatum de Schola Epicurantium Studiosus voluptatis famosus, Ly olivarum acervum, acerbe accipiens, insurgit accepta Venia, sic arguens: Venter Carnestollendarum, et Olivarum Acervus, seu Cummulamentum, impli=

cât in terminis: Quomodo ergo Li Olivarium Acer-
vus in prædicta definitione ponitur? Bene qui-
dem, quia in hac implicantia est imbibita Ar-
gumenti Solutio, golosæ gentis palatæ plené sa-
tisfaciens. Pro quo.

Sciatis, quod ut refert Santus Vincentius Fer-
rarius, B. Petrus Apostolus, fuit semel interro-
gatus, quam vitam ducebat? et respondit: Cibus
quotidianus es panis cum olivis, et raro cum oleribus
quia solum in magnis festivitatibus. Ecce vita
B. Petri, licet esset Papa; sed queritur, ait, Sanctus
Vincentius: Unde ergo exiverunt tot Capones, Gal-
linæ, Faziani, Salsæ de diversis maneriis, quæ
jam sunt in mensa Prælatorum? Dicatur tru-
fative, prossequitur Doctor, quod illæ Olivæ B.
Petri erant gravidæ, et pepererunt Capones, et
alia prædicta. Pappe. Hujusmodi igitur condi-
tionis sunt Olivæ ventris Carnevalis. Sunt Olivæ
gravidæ, et impregnatæ; parturiunt, et jam par-
turiunt, non sicut olim parturiebant Montes,
et natus ridiculus Atus muris; Nostræ vero
Olivæ, omnes distributivé incompleté cum venit
hora partus, pepererunt Capones, Gallinas, Fa-

zianos, Perdices, Gallipavos, Cotornicias, Conegios, Jordonios, et ex omni genere Avium delicatarum. Item Magras chullas de tozino, Garaporum Empanadas, Lechonios á quema diente, Caquelas Cappedalium cum Salsis in maneriis tantis, Spolantibus Apetitum, si fortasse ampalagatur. Item Gabulesios regaladissimos, Pelletas manjar Blanqui, et accidulces tortadas. Item mas Currentes rivulos de omni Vino, presioso nectar de Baccho. Hi sunt fructus talis Ventris, quoad numerum, et Substantiam, idest quoad quid, et quot, quibus Gens pro gaudio

Canit:

Fructus est á fruo fructus
di Carnis pinguedine,
Arte quoquina Constructus
Super mel dulcedine;
Vi Cuius est homo ductus
discrepante Nemine.

Fructus iste Seminatus
in terra bonissima
ita est multiplicatus
in mille Centesima,
Omni Pobretoni datus
Cum manu largissima.

Fructus Ventris, et non mentis
nam in his mens deficit;
Venter sic Carnestollentis
numquam dicit Sufficit,
Ex decem predicamentis
quid, nec quantum despicit.

Fructus Ventris Generosi
et altæ Prosapiæ,
bonæ Castæ per famosi,
in quem Cornu Copiæ
Superfudit Copiosi
mammas abundantiæ.

Dixi.

Discursus brevissimus super Fructus Ventris generosi de carnes tollendas, Latino-Macaronico

Super fructus Ventris generosi de carnes tollendas [carnestolizi academici] medis currere precipitastis, discursu brevissimo. Discursu brevissimo? Motus ex hoc in hoc velussimo? Imperium crudum in re lente, lauteque recocta! Fortasse [commilitones mei] discurram, fortasse, de branca in branca hujus inverse arboris plantate secus aquarum decursus Bachanalium sic atriote; curram ne a loto, galoppe, non gustando la bocolica quid de fructu talis Ventris? Vade retro. Discurram poi piano, piano, et tempore meridiano sub humbra Ventris sedebo, aprehendam fructus eius, Maturo maturior tentabo, sine sophismis probabo, resolvendo quid, et quot.

Sed quia partus sequitur Ventrem, ut lege partum, Cap. de Vendic. §. non ultimo, imprimatur, Ventrisque conditionem secum trahit partus [tesi siquidem annulantur illa ut relantur instituta cap. unico & Nati ex libero Ventre: En prius Vobis propono Ventrem archimonstruon bromii Malifaxiis incrasatum, dilatatum, valde inflatum [iam quippe veniat tempus plenitudinum prope partus talis Ventris] ut inde fructus partus, sed non parcus manu capiat quis, vel qui, que quod vel quid.

Ecce Venter. Venite. Quid Vobis videtur de Natura, figura, et conditione ipsius? Quispiam prima fronte immaginabit eum in modum desmeurande Tina, aut vastissima Cube cum relleno & musto. Alter valde presumptuosus Dialecticus in modis et figuris silogismorum valde versatus Ventrem figurabit in modo festino bis pre, secunde figure secundum formam Fratrum refectorii in suo prepotentissimo gaudeamus. Similia sonniantes erraverunt ab utero, erraverunt a Ventre. Sed tota et totalis natura, figura, et conditio presentis Ventris, quem appetitu inquirimus est: sicut acervus, seu aggregatum olivarum figure rotunde ad modum tintinientis Panderii, aut musi-cos sonantis Pandorgue. Hec est exacta descriptio talis Ventris. Sed contra hanc tam bonam definitionem, instat primo homo secundum se, qui nec net, nec filat, dicens: aggregatum, cum non sit ens per se, non est per se definibile: ergo. Heu heu, quid ad me, dummodo sit per nos vere comestibile! Alter ut individuum vagum, scrupulizando, scrupulizat, percontando: transeat proporcio talis Ventris cum Panderio pleno, aut replena Pandorga figure rotunde; sed que conventio Ventris carnevalensis cum Panderio, et Pandorga tintinientes sonantibus? O stulte! Profugus et vagus erras circa prima principia. An ignoras, quod Ventrem plenum, et

supra plenum commitantur Bachanalia tripudia? Tandem individuum determinatum e schola Epicurantium Studiosus Voluptatis famosus, Ly olivarum acervum acerbe accipiens, insurgit accepta Venia, sic arguens: Venter Carnestollendarum, et olivarum acervres seu cummulamentum, implicant in terminis: Quo modo ergo Ly olivarum acervus in predicta definitione ponitur? Bene quidem; quia in hac implicantia est imbibita argumenti solutio, gulose gentis palata plene satisfaciens. Proquo

Sciatis, quod, ut refert Sanctus Vincentius Ferrarius, B. Petrus Apostolus fuit semel interrogatus, quam Vitam ducebat? Et respondit, Cibus quotidianus est Panis cum olivis, et raro cum oleribus, quia solum in Magnis festivitatibus. Ecce Vita B. Petri, licet esset Papa. Sed queritur, ait S.tus Vincentius, Unde ergo exiverunt tot Capones, Gallinæ, Faziani, Salsæ et diversis Maneriis, quæ jam sunt in mensa Prelatorum? Dicatur truffative, prosequitur Doctor, quod illæ olivæ B. Petri erant gravidæ, et pepererunt Capones et alia predicta. Pappe. Hujusmodi igitur conditionis sunt olivæ Ventris Carnevalis. Sunt olivæ gravidæ, et impragnatæ; parturiunt, et jam parturiunt, non sicut olim parturiebant Montes, et Natus rediculus Mus ruris; Nostræ vero olivæ, omnes distributive incomplete cum venit hora partus, pepererunt Capones, Gallinas, Farzanos, Perdices, Gallipabos, Cotornicias, Conegios, Tordonios et ex omni genere Avium delicatarum; Item Magras chullas et Torzino, Gazaporum empanadas, lechonios a quema diente Carzuelas, capipedalium cum salsis in Maneriis tantis spolantibus appetitum, si fortacé empalagatur: Item Gabulessios regaladissimos, Pelletas Manjaris blanqui, et accidulces Tortadas. Item mas currentes rivulos et omni Vino presiosum Nectar de Bacho. Isti sunt fructus talis Ventris quo ad Numerum et substantiam, idest, quo ad quid, et quot, quibus Gens

Pregaudio Canit

Fructus est a fruo fructus
de Carnis pinguedine,
arte quoquina Constructus
super Mel dulcedine;
Ut cibus est homo ductus
discrepante Nemine.

Fructus iste seminatus
in terra bonissima
ita est Multiplicatus
in Mille centessima,
omni Pobretoni datus
cum Manu Largissima

Fructus Ventris, et non Mentis,
Nam in hi Mens defficit;
Venter sic Carnestollentis
Nunquam dicit sufficit,
ex decem predicamentis
quid, Nec quantum despicit.

Fructus Ventris generosi
et altæ Prosapiæ,
bone Castæ perfamosi,
in quem Cornu Copiæ
superfudit Copiosi
Mammas abundantiæ.

Dixi

Beyerlinck theatrum Vitæ humanæ tom. i. lit. B.
Pag. 743.

Bacchanalia

Eorum Usus apud Ethnicos
Quare dicatur Usus Chronologicus.

B Bacchanalia sacra uberrimum apud cunctas ferme gentes
Libidinis seminarium fuere: quorum, uti testatur Herod. auc=
tor fuit Melampus Amythaonis filius, primusque ad Græcos
detulit ex Ægipto, ubi ea sacra fieri cœpere. [illegible] feminæ
statuas cubitales è nervis compactas, quibus ingens menula
in ventre extabat, per pagos, præeunte tibia, circumferebant,
Bacchum canentes. In Parnasso Monte Bacchanalia, quæ Græcis
Dionysia dicuntur, alternis annis acta sunt magno eorum hominum
multo mero incalentium clamore, tum tympanorum crepitu. Haud ita
multò post, Græcus quidam homo ignobilis, ejusmodi sacrorum antistes
in Hethruriam venit, docuitque viros, ex Hethruria ea mali labes inde
Romam penetravit, ubi mirandum in modum morbi contagione ma=
tronarum pudicitiam corrupit. Primò sacrarium feminarum fuit, nec
quisquam virorum admittebatur: tres in anno statutos dies habebant,
quibus interdiu Bacchis initiarentur, sacerdotes inter se matronæ
creabantur. Quum denique Pacculla Minia Campana facta est sacer=
dos, hæc omnia tanquam Deorum monitu immutavit: sanè viros
et cum primis filios initiavit, nocturnumque sacrum ex diurno, et
C pro tribus in anno diebus, quinos in singulos menses dies ini=
tiorum sacros fecit. Tum promiscuo [illegible] sacra viri feminis permixti
facere cœperunt, ubi quum per noctis licentiam quidvis scelerum
unicuique edere liceret, nihil flagitii prætermittebatur: siquidem
eò loci stupra pariter atque cædes redundabant, quando qui ad
Venerem pigriores, aut dedecoris minus patientes erant (nam pos=
tremò nemo, major viginti annis initiabatur) morte afficiebantur,
nec id multis cognitum: quum nulla vox quiritantium præ ulula=
tus tympanorum cymbalorumque strepitu exaudiri posset, et morien=
tes ex conspectu illico in specus abderentur. Summæ Religionis erat
inter eos, viros velut mente captos, corporis jactatione fanatica
vaticinari, Matronas Baccharum habitu crinibus passis cum fa=
cibus ardentibus discurrere, et mactatos dici à Diis raptos. Verum
ad extremum tantorum scelerum indicio à Fecennia (de qua sub
lit. Meretricum) ad Sp. Posthumium Albinum, et Q. Martium
Philippum Coss. delato, religio pestifera extincta est, anno Urbis
conditæ DLVXIII. Polyd. lib. cap. 7. de rerum inventione.

Apud Christianos.

Usus, sive potius abusus Bacchanaliorum, etiam Christianis à Gen=
tilium superstitione traditus, apud eosdem adhuc perseverat,
indigno sane et nomine, et cultu. Cum immediatè ante one
D solenne illud quadragesimale ieiunium, quando beneficiorum
cœlestium, et Dominicæ Passionis memoria refricanda potius
esset, celebrentur, idque nonnullis locis tanta cum dissolutione
morum et animorum, ut vel Ethnicos ipsos superare videantur,
aut certè cum iisdem contendant, adeo se totos ingurgitant,
ventri et veneri, turpibusque voluptatibus inserviunt, quasi

triduo illo expleto Veneri sacra facturi essent non Deo. Quod de Gallia testatur P. Bess. qui et ipse Gallus, Conc. in Domin. quinq. Hodie ait, in hac nostra Gallia, hoc ipso die, omne propemodum Deo relicto, e templis, dies Lasciviæ et Voluptatum, scelerata et Circea Mundi agmina sequuntur, et paulo post enumerat scandala, dissolutiones, Lubricitates, et inter ea, quod Plateæ Larvatis oppletæ, Mensæ aleis et chartis coopertæ, aulæ Lascivo cantu et choreis roboantes, atque omnia Vitiorum Scelera Laxatis habenis prorumpant. Ita ille de Gallia, neque meliora dicturus de Italia, et nonnullis aliis Regnis. Quæ sanè

E. intemperantia hoc tempore potissimum præpostera est: quamvis urbana hilaritas à Christiano Populo excludi non debeat, quæ Dei timorem conjunctum habeat: quomodo nihil melius in Vita pronuntiavit Ecclesiast. quam Lætari, et bene agere. Neque enim ut scribit Basilius; per temulentiam aditus ad ieiunium, nec ad Justitiam iter paratur per fraudem, nec ad sobrietatem per Lasciviam deveniturs. Crapula et ebrietas ad Lasciviam inducunt: ad Jejunium et abstinentiam Frugalitas. Homil. 1. de Laud. Jejunii.

Idem Beyerlinck tom. 5. Lit. M. Pag. 762.

e. Periculosa Mulierum Commercia.

Exempla ad manum sunt illorum, qui ocasione mulierum turpiter lapsi sunt vel perierunt. Quæ commemorat B. Ephr. in Sermone adversus improbas Mulieres: et eisdem Verbis Chrysost. homil. 14. ~~Matth~~ Matth. Leones in-

e. quinunt, in lacu Danielem veriti sunt, at Naboth Jezabel occidit. Cete ventre suo Jonam servavit: Dalila vero Samsonem septem Crinibus capitis ablatis tradidit alienigenis. Dracones et aspides ac bestiæ cornutæ Joannem in eremo timuerunt: Herodias vero in Convivio eundem decollavit. Corvi Eliam in monte sustentarunt: at Jezabel ipsum, post beneficium pluviæ acceptum ad necem prosecuta est.

Et paulo post. Diabolus per Mulierem à principio Adamum in Paradiso pervertit, per Mulierem castissimum Joseph in Carcere conclusit. Per Mulierem Davidem ad Uriam Hethæum dolo occidendum concitavit. Per Mulierem sapientissimum Salomonem ad prævaricandum induxit. Per Mulierem cunctos oppugnat, cunctos dedecorat, cunctos occidit.

Similiter Beatus Hieron. Epist. 22. ad Eustochium, de custodia Virginitatis. Samson Leone fortior, et saxo durior, qui et unus, et nudus mille persecutus est armatos, in Dalilæ mollescit amplexibus. David secundum cor Domini electus, et qui venturum Christum sancto ~~ore~~ sæpè ore cantaverat, postquam deambulans super tectum domus suæ Bethsabeæ captus est nuditate, adulterio junxit homicidium. Ubi et illud breviter attende, quod nullus sit etiam in Domo tutus aspectus. Salomon per se cecinit ipsa Sapientia, qui disputavit à Cedro Libani usque ad hysopum, quæ exit per parietem, recessit à Domino quia Amator Mulierum fuit. Et ne quis sibi de sanguinis propinquitate confideret, in illicitum Thamar

L. Sororis Amnon exarsit incendium.

Monfaucon Antiguedad representada T. i. p. 2 c. 17. Baco vestido de Muger ~~en Carro magnifico~~ entre sus Coros y sus Bayladines.

El mismo Autor: que las Mugeres eran la principal parte de las fiestas bacanalales T. i. p. 2. c. 20.